



Boehmer Tzgr. 1798 nr. 1 d ist hinter } eingeklammert  
1798 nr. 4 b statt " }  
" nr. 1 c





*JG* IV 4  
D. FRIDERICVS LVDOVICVS  
K R E Y S I G

PATHOL. ET CHIRVRG. PROF. PVBL. ORD. VIC.

FACVL TATIS MEDICAE WITTEBERGENSIS

H. T.

D E C A N V S  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

DIE XXIII. SEPTEMBRIS A. C<sup>1</sup>CCXCVI.

H. L. Q. C.

H A B E N D A M

I N D I C I T.

---

*Momenta quaedam vitae vegetabilis cum animali con-  
venientiam illustrantia exponuntur.*

D. TRIDERICAS JUDICIAS

X R R Y S I G

LATHON ET CHIRAGE 1690 LATE 1690 1700

STATIBVS MUNDIBVR MTTERRITORIIS

T H

D E C A N U S

PRESERVATIONE MUNDIBVR

ANNO 1690

1690

1690

1690

1690

1690

**Q**uaeunque a natura producta sunt corpora, in duas dividere solemus classes, in quarum una inorganica, organica in altera continetur. His posterioribus etiam certis sub conditionibus, nempe dum phaenomena nobis offerunt, neque in rudibus et inorganicis naturae corporibus, neque in organicis etiam semper obseruanda, vitam tribuere solemus. Quamvis vero omnibus corporibus organicis vitam competere dicunt; haec ipsa tamen iterum in animalia et vegetabilia corpora distinguunt et vtrorumque vitam admodum diuerfam esse plerique statuant. Ita siempe peculiares generis phaenomena, quorum complexum vitam appellaamus, multiplicis sunt, nec omnia in omnibus corporibus organicis coniuncta reperiuntur, sed alia omnibus communia, alia nonnullis tantummodo sunt propria. Vitam autem animalem dupli maxime ratione a vegetabili differre eaque praeflare dixerunt; primum, quod sensationibus organisque ad has producendas idoneis (nervis); deinde vero etiam, quod motibus spontaneis et organis simul ad hos edendos apertis (musculis) animalia gaudent, plantae vero sint destituta. Factum autem hinc est, ut vitam plantarum ea animalium multo inferiorem, vixque vitam, sed vitae quasi analogon appellandam esse, et ab aliis omnino causis pendere iudicarent. Quodsi dicendum de hac inter animale et vegetable regnum constituta differentia, quod res est, dubiis admodum eam nisi characteribus, et magno scientiae naturalis et artis adeo salutaris danno, cum nimiam his characteribus adhibuerint fidem, accuratius vegetabilis vitae scrutinium neglectum atque in contemptum quasi fuisse tractum, fatendum est. Neminem enim fore existimo, qui recentiorum in primis his de rebus studia attento persecutus est animo, quin difficillimam omnino iudicatu rem esse sibi perlusum habeat, num omnia omnino animalia aut pars tantummodo aliqua eorum sensu et motibus spontaneis et voluntariis gaudeat, an plantis etiam sensus sit aliquis tribuendus. Quodsi vero missis his questionibus dubiis admodum,



modum, reliqua vitae vegetabilis phaenomena paulo accuratius consideramus, eaque cum iis comparamus, quae, praeter sensations, in animali corpore deprehendimus, maximam omnino inter corporum vtriusque sic dicti regni vitae conuenientiam deprehendimus, quam ipsam hac scriptiuncula paucis quidem exponere apud nos constituiimus.

Iam cum omnia, quae sensuum ope nobis communicantur, phaenomena sint, atque ex his folis in corporum naturam concludere nobis licet, non solum de peculiaribus viuentium corporum mutationibus seu effectibus, qui in sensu nostris cadunt, sed de propria etiam eorum materia et constructione videndum est: eo magis vero nobis hoc peragendum esse duximus, tum quod summan omnino et his in rebus inter omnia corpora viuentia conuenientiam deprehendimus, tum quod sine hac cognitione vix de vlo vitae effectu, ne hoc quidem, quod fieri omnino possit, animo concipere possemus.

Obseruatione igitur docemur, vitae phaenomena in viuensum non animali regno soli esse adstricta, sed eadem vegetabili quoque competere, vtriusque vero regni corpora non solum inter se summan habere quoad physicas mechanicasque eorum dotes similitudinem, sed ab aliis etiam corporibus quam maxime differre. Distinguuntur quippe haec corpora quam maxime peculiari sua mixtione et conformatione, vnde organica etiam vocantur, a rudibus naturae corporibus, his ipsis autem characteribus mirum in modum inter se conuenient.

Materiam quippe, ex qua corpora organica sunt composita, peculiarem esse aliamque, quam corporum rudium, fugitiua iam eorum contemplatio docet; de ipsis autem hac elementorum, ex quibus conflata sunt, diuersa congregatione et compositione chemica etiam analysi certiores reddimur. Haec enim ostendit, organicorum corporum mixtionem multo magis compositam, elementa eorum subtiliora et volatiliora, arctiori praeterea inter se vinculo iuncta esse, et proportionem, in qua quocunque eorum adesse debeat, multo minus sibi constare, et multo plus in his aberrare, quam in iis corporibus, quae inorganica appellantur. Interim vero haec ipsa peculiaris compositione accuratius horum corporum ferutinum chemicum non parum impedit

dit et difficultus reddit, ita ut primus fere chemicorum nostrorum a) chemicam corporum organicorum cognitionem, maxime, si de partium constitutivarum diversa proportione agatur, admodum imperfictam adhuc esse, ingenue fateatur.

Plantas vero et animalia mixtione sua parum a se abesse, recentiorum maxime chemicorum industria detexit. Nolo vero, ne nimis detinear in re, quae non proxime ad argumentum nostrum spectat, in enumerandis partium horum corporum constitutivarum vel propiorum vel remotiorum longior esse, sed hoc solummodo moneo, nullum esse in alterutro organicorum corporum regno elementum, quod, nisi omnibus, aliquibus certe alterius quoque corporibus sit proprium. Praecipua quidem et essentialia plantarum aequa ac animalium elementa oxygenium, hydrogenium et carbonium esse videntur; b) animalis vero materia praeterea maxima simili azotici principii copia gaudet; c) interim tamen, cum idem principium etiam in plantis, maxime iis, quas Clasis Tetrodynamistica LINNEI continet, maxima copia inventiatur, non est, cur ob hanc solam causam vtriusque regni mixtione natura sua differre statuamus.

Praeter specificam vero corporum organicorum mixtionem, eadem quoque, quod nomen iam indicat, peculiari materiae positione, formatione seu configuratione gaudent, nunquam alibi in rerum natura inuenienda; haec autem conformatio in eo cernitur, ut omnes eorum partes et maiores rudioresque et minimae adeo machinarum in modum constructae sint; organisatio igitur seu organica corporis structura partium eius vel minimarum mechanica structura, caruimque ad mechanicum corpus constituendum artificialis constructio appellatur. Haec autem corporum, quae vita gaudere dicimus, constructio


\* 3

a regu-

a) Cl. GREN *Handbuch der Chemie*, II. Th. §. 92.

b) GIRTANNER *Anfangsgr. der antiphlog. Chemie*, Berlin 1795. Kap. 9. et 10. — FOURCROY in Cl. REILII *Archiv für Physiologie*, 2res Heft, pag. 55 seq. — VON HUMBOLDT *Fragm. aus der chem. Physiologie der Pflanzen*, Leipzig 1794. §. II.

c) FOURCROY L. c. p. 60.



a regulari aliorum, quae inorganica appellari solent, ut saluum, metallorum, machinarum artificialium forme multum differt; minimae enim harum rerum partes forma ad regulam exculta carent, cum e contrario in ipsis, si vel ad physica elementa usque structurae compositionem scrutaris, semper artificialiem eam, ex qua finis, ordo, regula elucelcat, inuenias. Communis autem corp. organ. fabrica ea fibrarum est, in quam omnes eorum partes solidae vel et minimae, quatenus oculorum acies pertingit, separantur. Physiologi hinc fibram simplicem ex homogenea materia formatam, idealem quasi, quae oculis cognosci nequit, tanquam physicum corporum organicorum omnium elementum considerant. In vegetabili corpore omnes omnino eius partes ex fibris fere eiusdem generis formatae esse videntur, nisi forte telam cellulosa ab his diuersam eamque inorganicam esse velis. In animali corpore diuersa fibrarum genera, nempe communem seu cellularēm, deinde muscularēm, porro ossēam, denique nerueam distingue solent. Interim vero hae fibrarum species num natura an gradu a se differant, dubitandum est. Omnes quippe ex uno eodemque fonte, Lympha nempe, ortum ducunt; omnes in eo etiam contineunt, quod animalēm materiam referant atque ad generales quosdam pares inueniantur. d) Ossa certe fibra et communis dicta non nisi duritie a se inuicem differunt, nec a vegetabili tela cellulosa recessunt. Huius vero fibrae communis dictae a musculari discrepantia ita comparata est, vt, si formam externam partis aliquius in homine, v. c. veteri, seu totius cuiusdam corporis animalis, v. c. taeniae hydatigenae, e) cum eiusdem effectibus comparamus, dubius saepe haecreamus, muscularam an cellularēm structuram ei concedere, aut simplici certe dictae fibrae easdem ac musculari tribuere debeamus vires. Diuersi hinc muscularis fibrae seu motricis potius statuendi sunt gradus, quorum ultimus a fibra simplici vix abhorret, atque in hanc quasi abforbetur; de quo pluribus agere hic non licet. Quod vero denique nerueam fibram attinet, ea quidem peculiaris omnino generis

d) Eiusdem sententiae est Cl. BRANDIS I. c. p. 5. §. 4.

e) Philosophical Transactions of the year 1795. Part. I.

7

neris esse videtur; cum vero nervi non in omnibus animalibus inueniantur, his ipsis etiam vti non possumus, vt plantarum ab animalibus discrepantiam probemus. Quid si iis animalibus nervos tribuis, in quibus inueniri non possunt, propterea quod motibus gaudent, qui ex arbitrio proficisci videantur, eodem iure plantis quoque, ob motus quosdam diuersarum partium, earum maxime, quae generationi inferiunt, f) eiusmodi instrumenta tribuere debebimus. Nervosa quippe substantia, quam in ipsis animalibus adesse statuimus, cum visum effugiat, peculiaris certe indolis esse deberet, sed vero tunc plantis etiam medullares partes esse possent tam subtile, vt oculis nostris sese subducant, et a nervorum in maioribus animalibus obuiorum habitu diuersae. g)

Quomodo cunque autem res se habeat, hac certum atque exploratum est, in vitroque regno ex simplicissimis fibris (simulque, vt non nullis placet et tela cellulosa inorganica) organa plus minus composita et perfectissima tandem conformari, et quamvis animalia externo suo habitu quam maxime a plantis differre videantur, summam tamen tum organicae partium constructionis, tum vero etiam phaenomenorum, in quibus vita cernitur, per organa peculiaria etendorum conuenientiam inter vtrumque regnum animaduerti. Atqui haec ultima maxime sunt, quae ad diiudicandam corporum vtriusque regni naturam maxime facere possint. Externa enim eorum forma accidentalis potius atque in diuersis animalium generibus ipsis diuersissima est, quibus tamen eadem naturam tribuimus. Sed vero ne externae quidem formae ratione habita plantae tantopere ab animalibus recedunt. Verum quidem est, si in extremis quasi naturae terminis vtriusque sic dicti regni corpora consideramus, hanc formam externam tam diuersam esse videri, vt nemo sere analogiam, nemus conuenientiam vtriusque regni diuinare quasi possit; interim haec ipsa forma externa, si ab extre-

f) DARWIN Zoonomie, Hannover 1795.

g) vid. Cl. HEDWIG de fibrae vegetab. et animal. ortu, Sect. I. Lipsiae 1789. pag. 6. Cl. SCARPA Tabulae neurologicae ad illustrandam hist. anatomi. cardiacorum nervorum etc. Papiae 1794.

extremis ipsis punctis recesseris, adeo etiam conuenit, ut, egregie mo-  
nente Cel. DE HUMBOLDT, h) si nulla alia vspiam corpora vita, quam  
zoophyta et plantas videremus, ne plantae nomen quidem nobis in-  
notesceret.

Sed utriusque regni corpora phaenomenis vitae essentiali-  
bus, a definitorum quorundam organorum, quae, ut simplicissi-  
ma in multis, in omnibus tamen adsunt, ministerio profectis, omnino  
conueniunt. De hac vero tum organicae constructionis, tum vero  
etiam functionum sic dictatum, eius ope administrandarum, conue-  
nientia alia occasione agemus.

Est nimurum publice commendandus et iustis encomiis exor-  
nandus

V I R  
PRAENOBILISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS  
ERNESTVS CHRISTIANVS LUDOVICVS  
CHARITIVS

VITEBERGA - SAXO

MEDICINAE CANDIDATVS DIGNISSIMVS,

qui, cum iam summa cum diligentia studii medici cursum emensus  
sit, iustis nunc, quae promeritus est, et humanissime a nobis petiit,  
praemiis ornandus est. Exposuit autem nobis ipse de vita sua hucus-  
que actae ratione sequentem in modum:

*Vitebergae a. d. XIII. Kal. Mai. a. o. p. C. n. MDCCCLXXXIII. Pater  
optimus, HENRICVS CAROLVS CHARITIVS, Phil. et Med. Doctor,  
ciuitatisque Vitebergenfis Physicus, me, trium filiorum medium, suscepit ex  
FRIDERICA MARGARETHA CHRISTIANA, GOTTLOR CHRISTIANI  
KLÜGELII, I. V. quondam Doctoris, Civ. Viteb. Syndici, Fac. Iurid. Affili.  
Ord. etc. filia. Quemadmodum et Aui Huius Materni, ante hos duos fere  
annos defuncti, et Matris, nouem annorum pueru mili iam eruptae, Janellis  
tantum proh dolor! Manibus gratissimi animi, summae pietatis cultum,*

Iis

h) loc. cit. pag. 46.

—

Iis maxime debitum, nullo tempore omisiuri, publicum hoc monumentum  
ponere licet: ita, quod Ill. ERNESTVM GODOPREDVM CHRISTIANVM  
KLÜGELIVM, I. V. D. et Prof. in hac Acad. P. O. etc. Avunculum, mul-  
tis benevolentiae documentis consiliisque saluberrimis optime de me meritum,  
Patremque, liberorum amore coeque iuuandi studio cedentem nemini, viuos  
adhuc veneror, maximis Numini Summi beneficiis iure amumero. Coniunctis  
Hi Omnes, quos nominau, viribus a primis inde iuuenabulis salutem meam  
ita curarunt, vt, si enquam, (quo quidem scelere nihil a me magis remotum  
esse, publice hic testor) maxima Eorum de me merita oblinioni tradidero,  
ingratiior me ipso videri posse nemo. Vix vitae pabulo frui inciperam, cum  
Vir quondam Summe Pcu. WERNSDOREIVS, Theol Doct. et Prof. P. O.  
Refforque tunc Acad. Magnificus, qui, cum in Christiavorum coctum so-  
lemni ritu reciperer, tesis adfliterat, literariae huius reipublicae albo be-  
neole nome meum inferret. Postquam deinde prima, quibus aetas pue-  
rili imbuī solet, clementia acceparam, Lycei patrī magistris sensim tradi-  
tus sum, ex quibus quidem Viri quondam Clarissimi MESSERSCHMIDIVS,  
KESSLERVS, SCHVPELIVS, KOEHLERV斯 iam omnes morti occubuerunt.  
solo superstite Exc. HENRICI, tunc quidem Prof. Antiqu. Extr. Lyceique  
Correctore, nunc autem Eloq., in hac Acad. Prof. P. Ord. Ex Cuius qui-  
dem Viri Celeberrimi, itemque ex caeterorum Illorum institutione salutari  
multos ego percepī fructus. Neque ramei in his acqueuit Aut Benevolentissimi Optimorunque Parentum cura, sed potius, ut domi etiam atque  
extra scholam publicam versantis animis ingeniumque rite regerentur, tri-  
bus subinde praceptoribus domeftis, quī hanc tum academiam frequentau-  
bant, me commisserunt, primum quidem WIESENERO, nunc iudicū Lieber-  
rosensis Directori Amplissimo, dein FLECKEISENIO, qui nunc Parochi mu-  
nere fungitur, denique VOLLMARO, R. M. Candidato, qui Illustribus  
Comitibus DE EINSIEDEL per varios hucusque annos socium se praebuit.  
Sicut vero, quantum His Viris singularis debeam, nunquam obliuiscar, ita  
Amicissimi VOLLMARI in primis singulari in me regundo adhucbitam pru-  
dentiam, atque indefessam, quam in adolescentis auctio ad virtutis prac-  
cepta formando ingenioque excolendo collocauit, operam satis praedicare  
nunquam potero. Magnum etiam ad me insituendum symbolam contulit  
Exc. quondam HILLERVS tum in sic dicto, quod auctoritate publica rege-  
bat, seminario, tum in scholis priuatim habitis. Anni MDCCCLXXXVII.

\* \*

mensē



mense Septembris Grimani missus sum, ubi, inter scholae provincialis, laetissime  
 ibi florentis, alumnos recepto, ex egregia utilissima que Virorum, omni lau-  
 de mea superiorum, institutione doctrinae Christianae et philosophiae initia  
 percipiend, historiam, geographiam et mathes addicendi, cultiorumque  
 linguarum, Hebraicarum, Graecarum, Latinae et Francogalliarum copias colligendi  
 opportunissima mihi oblata fuim occasio. Tot tantaque insignis in me bene-  
 volentiae documenta, quibus ibi praceptoribus suis sum, Viri Clarissimi  
 atque Amplissimi, Mückius, HOFMANNVS, REICHARDVS, HOCH-  
 MUTHIUS, RICHTERVS, qui quidem vitam, ad canam usque senectutem  
 in discipulis accuratissime erudiendis studioſime impensam, ante aliquot  
 menses finitum, per quinque cursus mei scholastici annos mihi exhibuerunt,  
 et iucundissima illorum temporum memoria scribentis haec annum non pa-  
 rum adhuc commoveri, gratus profitear. Anni MDCCCLXXXII. mense  
 Septembris in academiam patriam redus factus, Exc. MATTHAEI acade-  
 miae fases tenente, legibus academicis obsecuturum me esse, ipse promis.  
 Constitueram autem theologiae operam dare, sed, cum ab aliquo inde tem-  
 pore animum ad medicinam colendam magis primum sensisse, Aesculapii  
 sacris intitulandum me praebui. Cum vero penitus persuasum mihi haberem,  
 medicum nequitiam carere posse philosophia, ut hanc ipsum accuratius cognos-  
 cerem, Carissimum Fratrem, natu maiorem, CAROLVM CHRISTIANVM  
 ERNESTVM, qui, cum primum luc redirem, scholas philosophicas habere incipiebat,  
 nunc vero inter scholae prov. Portensis Collegas locum tertium occu-  
 pat, logicos pracepta omniisque philosophiam erudientem audiui, societateque,  
 quae moderante Ilio in dissertationibus philologicis philosophicisque exaran-  
 dis, censendis et disputando ventilantis studii collocauit, interfui. Idem,  
 cum Ampl. Ord. Phil. Adiuncti O. honores ambiret, in defendenda disserta-  
 tione: de lectione poetarum, praecipuo popularis orationis adiumento,  
 solum me adhibuit. Praeterea Praecepit GOERENZ, nunc Lyci Planensis  
 Rectori, psychologiam empiricam, et Iur. Conf. KOHLSCHÜTTERO, ius  
 naturae duce Schnalzio docenti, adiudi. In historicis Exc. SCHROECKHIVM,  
 cum historiam universam, dein Saxoniam et literariam proponeret, summa  
 cum voluptate audiui. Ut vero ad ipsam medicinam simul proprius ac-  
 cederem, eiusque universalem quandam notitiam ante omnia mihi pararem,  
 Exp. TITI, methodologiam et encyclopaediam medicam tradentis, scholas  
 frequentau. Venerando autem atque Exc. Eius Patre, h. t. Rectore Acad.

Magni-

Magnifico, in physicis tam theoreticis, quam per experimenta illustratur, neque minus in historia naturali usus sum magistro. Singularim mineralogiam me docuit Exp. LANGGVTHIVS, botanicam Exp. quondam NÜRNBERGERVS. Chemiam mihi tradidit Exp. TITIVS, universam autem anatomiam b. NÜRNBERGERVS tum in scholis domesticis, tum in theatro anatomico, ubi in dissecandis cadaveribus et Hunc Ipsum, et Exp. TITIVM ducas habui. Ibidem etiam adfisi Exp. FRENZELIO, cadavera equina dissecanti. Praeterea singulatim quoque osteologiam et arteriologiam accepi ex ore Exp. POSEVITII, nunc Med. in Acad. Giessensem Prof. P. Ord. Physiologiam tam universam, quam sigillatim anthropogoniam mihi explicit b. NÜRNBERGERVS, pathologiam Exp. TITIVS, materiam medicam Exp. BOEHMERVS, Senex admodum Venerabilis, pharmaciam experimentalem Exp. TITIVS, therapiam generalem et specialem Exp. BOEHMERVS, viscerum morbos eorumque curationem b. NÜRNBERGERVS, grauidarum, puerarum infantumque recens natorum Exp. LANGGVTHIVS. Chirurgiam universam docentem Exp. TITIVM audiui, sigillatim vero de vulneribus agenti b. NÜRNBERGERO interfui. Artis obstetriciae notitiam Exp. LANGGVTHIO debo, medicinae forensis et politicas Exp. TITIO. Caeterum, cum satis intelligere mihi videar, quantum ad scientiam accuratius addiscendam conferret et nutrum de rebus ad eam pertinentibus colloquium, et ad quaestiones, ex illa deponitas, ex tempore respondendi necessitas; et Magnis. BOEHMERI atque Exp. TITIV scholis disputatoriis per omne fere, quod in Academia peregi, tempus, et corum, quorum ingenia Exp. TITIVS examinando beneuole exercebat, societati interfui, indeque summan aequae voluptatem semper, ac fructus uberrimos me percepsisse, laetissimo declaro animo. Illi igitur Viris omnibus ac singulis pro otikissima, qua ingenium meum excoluerant, institutione, prooque honorifica, qua me dignari sunt, beneuolentia gratias ago semperque habebo, quas possum, maximas, ac si in posterum hac ipsa, quam ingressus sum, vii et alis prodeesse, et meam ipsius fortunam stabilitate mihi contigerit, prima huius ipsius felicitatis fundamenta illis ducibus me iecisse, gratissima perpetuo mente recordabor. Neque tamen et multa magna que sautoris specimen, quibus Exp. KREYSIG sibi me quam maxime obseruit, et illa, quae ipse Pater Optimus tam priuarim de rebus medicis mecum colloquendo, quam variorum aegrotorum cura mihi aut prorsus, aut ex parte demandanda meo artis salu-

= = = = =

salutaris studio praestitit, auxilia silentio practereunda, sed gratissimo potius animo palam facienda sunt. Caeterum sub finem anni praererit stipendi Vateriani, liberaliter mihi concessi, lege publice habui orationem; de nimio sanitatis studio haud commendabili; huius autem, quem nunc agimus, anni ipsis Idibus Februariois exauiti solemniter, pro Candidatura, et aiunt, instituendo, me subieci, atque ita viam mihi patefecit ad summos in utraque medicina honores petendos, quorum capessendorum venia, a Gratio Medicorum Ordine nunc impetrata, iam sum usor.

Apparet igitur ex his luculentissime, nihil omnino Candidatum intermisile, quod ad animum eius omni doctrinæ genere imbuendum facere posset; testatur vero insuper Ordo Noster iure meritoque, eum amplam solidamque, quam sibi comparauerit, medicarum rerum cognitionem tum aliis speciminiibus, tum maxime etiam in examine pro Candidatura cum eo insituto ita nobis probasse, vt summos in arte medica honores lubentissime ipsi decreuerimus, porro digna quaevis virtutis, diligentiae atque doctrinæ praemia ei apprecedemur, Patri vero eius Venerando tantæ spei filium ex animo gratulemur. Simul etiam maiorem in modum optamus, vt iter, quod Candidatus, ad augendam doctrinæ suæ in rebus practicis maxime copiam, proxime insituet, prosperè succedat, uberrimique in eum, de quo dubitare vix licet, inde redundent fructus. Non mediocris ingenii et doctrinæ specimen Candidati Nostri Dissertatio quoque eius Inauguralis, proprio omnino marte conscripta, exhibet:

*De hypothesibus medicis recte acsimandis,*

quam, ex Serenissimi Saxoniae Principis Indulgentia, sine Praefide publice contra dissentientes defendet. Huic actui solenni, quo finito summi ipsi in medicina honores tribuentur, diem XXIII. Septembris, qui erit proximus dies Veneris, dicauimus, cui quidem vt benebole interesse, et praesentia sua maiorem splendorem adicere velint RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLVSTRISIMI, PROCERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMI, COMMITTONES GENEROSISSIMI ET NOBILISSIMI, tam Ordinis mei, quam Candidati nomine obseruantissime peto.

D. XVI. Septembris A. R. S. ccccxcvi.

Wittenberg, Diss., 1796-98

vd18

f

ULB Halle  
004 335 902

3



56.

a







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres  
inches

D. FRIDERICVS LVDOVICVS  
K R E Y S I G

PATHOL. ET CHIRVRG. PROF. PVBL. ORD. VIC.

FACVLTATIS MEDICAE WITTEBERGENSIS

H. T.

D E C A N V S

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

DIE XXIII. SEPTEMBRIS A. CCCXXCVI.

H. L. Q. C.

H A B E N D A M

I N D I C I T.

---

*Momenta quaedam vitae vegetabilis cum animali con-  
venientiam illustrantia exponuntur.*